

85. *Et talis quidem est liberi arbitrij ratio ac conditio, qualis in hac vita post lapsum consideratur, in homine tamen non renato, quam remalo.*

86. *Iam vero, quoad tertium huius status respectum, in vita beata post Resurrectionem longè perfectius hominis erit arbitrium, quam in Creatione ante lapsum, nedium post lapsum.*

87. *Ita enim in ea liberatio haec perficietur. ipsaque liberata natura sic per gratiam Dei confirmabitur, ut non modo labi amplius non possit: verum etiam voluntatis humanae facultas non ut ante lapsum, ad utrumvis objectum tamen bonum quam malum pariter, sed saltem ad bonum eligendum sese sit habitura.*

88. *Quae voluntatis humanae determinatio, eiusdem libertatem non tollet, sed extollet; non interficit, sed perficiet; ut immutabiliter quidem, liberrima tamen voluntate, solummodo bonum expetitura & perfectur sit.*

89. *Id quod Christus Servator innuit, beatos cœlites in Resurrectione sicut Angelos Dei futuros pronuncians, Matth. 22, 30.*

PARS II. ARTICVL.

anubilum.

Nugatio